
FAUSTUS
ANDRELINUS

VARIA
CARMINA

RECUEIL









¶ Buccolica Fausti.

Laurea serta gerens: musisq; excultus amœnis
Gymnasium faustus parisiense polit.



¶ Venduntur [illegible] diui Iacobi
Sub Leone Argenteo.

❡Faustus Petro coardo primario
francię præsidi. S.



Alorem immodū admiraret eminentissime pses: si vnus ego reperirer: in quē crassari nu per inciperet inuid⁹ oblocutor. Sed cum nul lus potissimū litteratus: aut fuerit aut sit: qui huiusce vitæ curricula potuerit: absq morsu latrantium hominū pertrāsire: nō modo non admiror: sed penitus cōtemno emissam in me inuectiuā, spurcā sane & ab om ni prorsus veritate alienā vt autem liberius apertiusq mentiretur auctor nescio qs: ne nomē qdem suum inse rere est aus⁹. In tutando extollēdoq balbo & in me de primēdo ita legitimū excedit modū: vt & extollendo deprimat: & deprimendo extollat. cū omnino cælāda sit ars: ne nimia vel beniuolentia vel maliuolentia dete gatur. Scripsi ego in balbum: & inuitus qdem: vt eum stilo repellerem: qui me prius gladio petieret. si culpa fuit scripsisse: multo maior fuit (vt hieronymi verbis vtar) prouocasse. Sed qui defendi potest quem vel sola fuga condemnat? dij boni quantas nugas effutit inco gnitus iste anonimus. Nititur enim āpulatis sex qui pe dalibusq verbis persuadere: quod erā scilicet calphur nij poetæ buccollica: & hysagogicum augustini dati li bellū sub nomie meo editur⁹ nisi corneli⁹ vitell⁹ occulta furtū ꝓdidisset Quasi cōcurrenti & inimico meo adhi benda sit fides. quonāpacto potuissem ego vel calphur niū. vel datū mihiipsi ascribere cum iādiu ipsi diuulga tiq habeant. sicuti hoc ita & illd' puerile cōmētū ē qd' de tholosano: pictauēsiq parisiēsiq gymnasio blecterat quādoqdem oibus hisce in[illegible]cis ita me honorifice ges serim vt te auctore re[illegible]dio donatus fuerim. Re liqua deliramēta ptereunda cēseo: ne grauis lector inde cēti aut cachino: aut fastidio afficiat. Ridicula quippe mōstra videnť: q a verisimili figmēto discrepent: sed si namus miseros inuidos aliena (vt solent) fœlicitate tor queri. satis superq fecisse duxero: si tu qui iudicium ha bes examussim factū: meum meum meū inq buccollicū carmen Roberto Brisoneto iamdiu (vt scis) dedicatum approbaueris nō enim quod edax liuidus euomat: sed quod excellens cōsummatusq vir sentiat: curādum est

Vale.

Publij Fausti Andrelini Foroliuiēsis Laureati
Ac regij Poetæ Ad Robertū Brisonetū eminē
tissimū Frāciæ Cancellariū : ac Reuerēdissimū
Rhemēsem Archiepiscopū. Buccolicū camen.

¶ Argumentum.

Faustulus ausonios indignās linquit agellos:
Et galla inuitū trudit ad arua gregem.

Lygdus & Faustulus interlocutores.

FAustule tā celeri ꝓpās discedere gressu Lyg.
Inuitas quo trudis oues? cum pinguia carpant
Gramina? cū valeāt patula vitare sub vlmo
Iamiā venturū torrenti sole calorem?
Vndiq; nā resonat raucis nemus omne cicadis.
Pascua iādudū cāpo meliora feraci.
Luxuriare ferūt: cultos qua flexilis agros Fau.
Sequana circūdat: fluctuq; irrorat amæno.
Illuc has pecudes lōginqua per auia duco.
Sic patrios fines? antiquaq; faustule rura
Linquis? vt externi fias nouus incola cāpi? Lyg.
Ah cæptā dimitte viā: te flebilis arbor
Te vidui fontes: te flumina mæsta dolebūt.
Heu possessa diu natalis iugera ruris Fau.
Extremus veteri dolor est liquisse colono.
Sed grauis impellit tardātē iniuria gressum

Nec longum deterret iter: nec feruidus ardor
Lyg. Hac mecũ æsculea paulũ requiesce sub vmbra
Et refert indignam quæ causa incenderit iram
Cur nolis patrio requiem decerpere campo
Donec sol nimios declinans temperet æstus:
Fau. Cum foret heu genitor multi ditissimus agri
Dixit io fœlix / magnum pete faustule pana
Haud patrias rediture domos nisi carmina pago
Inuidiosa tuo docta modulere cicuta.
Dixit & innumero plenam dedit ære crumenã
Hic docuit calamos labris inflare sonoros
Nec carmen triuiale deus: quod tityrus ipse
Si semel audisset tenuem fregisset auenam
Qua sua phagineis sub frondibus otia lusit.
Iubila cum canerem nostris incognita siluis /
Ipse ego rurali sum factus apolline vates
Serpẽtesq; meis hederas: laurumq; virentem
Crinibus imposuit: pagus nõ inscius extat.
Muneris accepti dulce est meminisse leuamen
Interea promissa pater vadimonia soluens
Rem totam exhausit sæuo cogente tyranno
Et mea libertas cecidit: dominoq; coactus
Ingrato seruire fui: nam tradita lyde

Nulla fuere meo compendia digna labore.
Iam quater incisa est flauenti messis in agro
Ex quo stale iugum subij dum sustinet ætas
Sunt alibi miseris quærenda viatica canis.
Pro certis icerta petis: sors durior esset
Si fieret dominus peregrina ingratior ora — Lyg.
Lygde mihi rediens quærenti dixit amyntas.
Illic esse deum miti pietate fouentem — Fau.
Quos fera præcipitat fato fortuna sinistro
Huic animus solers: huic est pastoria virtus
Grata: nec argutis iuncta est quæ fistula cãnis
Displicet: augusta si maiestate fruamur
Hac facilem gracili flectemus arundine diuũ.
Faustule si qua tui tangit te gratia lygdi.
Dic age dic dulci dispersum nectare carmen — Lyg.
Ignibus hibernis: æstiua gratius vmbra
Illud erit nobis: & odora suauius herba.
Summe deus nostræ data sunt cui iura salutis
Indiga paupertas: rebusq; inimica secundis — Fau.
Huc lassum me ferre pedem fortuna coegit.
Da precor optata da tanti numinis aura
Posse frui: talis geminæ sub vallibus alæ
Infœlix tutare pecus: quod viribus haustum

Omnibus esse vides: vacuas si missa p auras
Verba volãt: vsto seu tellus subdita cãcro.
Seu me spectabit tyle suprema vagãtem
Donec mãsurã liceat mihi ponere sedem
Ah iustas admitte preces. finẽq supremũ
His impone malis: semper solennia vota
Persoluã: nec pauca tuas ouis imbuet aras.
Et mea iã trito depẽdẽs fistula collo
Semp honoratos vni tibi cõcinet hymnos
Lyg. Quãtũ & quale refers carmen diuine poeta
Ipsa etiã audito mitescent marmora cãtu
Nã strepis arguta nihil armentale cicuta.
Fau. Si loquor hæc hũiles superãtia verba myricas:
Materies erexit opus subiecta remissum.
Si nescis nihil est triuiali more sonandũ
Ante sacrũ numẽ: virgulta exilia poscũt
Stridẽtes stipulas: & pastoralia verba.
Sic me parrhasio docuit pan primus in antro:
Lyg. O felix numen dulci quod tanta canore
Fistula mulcebit cygnos imitata sonoros.
Frigida iã summis descẽdẽs mõtibus aura
Spirat: & accinctũ latijs te subtrahit agris
Fœlicẽ iã carpe viam: sedesq beatas:

Fataq; perpetuā præstent meliora quietem.

¶Argumentum.

Ecce tuos fallax fugiendos curia mores
Expertus vero ianulus ore refert.

Lolius Ornus & Ianulus interlocutores

i Anulus ecce redit dn̄o mō lætus ab vrbe Lo.
Obuius ipe ferat: mōstrataq; gaudia poscā
Tu vigil obserua pascētes orne capellas
Ne forsan miles nostri populator agelli
Tristia dāna ferat: nihil est a milite tutum.
Prodiga cui desit cōsumpti copia nūmi.
Si foret hic argus centeno lumine custos
Inuia nō melius repētes saxa capellas Or.
Seruaret loli: vigilē decet esse subulcū.
Vade igitur tutus: ac pleno gaudia sacco
Intellecta refer/ pprior sed ianulus instat
Venisti tādē: num vilia ianule rura Lo.
Sordescūt: postq̄ regalia tecta subisti.
O felix loli villa contente paterna
Securas quicq; casas/ & ruris amæni Ia.
Vernētes cōtēnit agros: vt magna sequatur
Atria: nodosas pro libertate cathenas
Triticeoq; petit meliorē pane farinam.

Publica fama volat/ multas q3 regia curas
Sollicitata parit: nec fama est verior vlla.
Cũ deprehẽsa putas: arctis tunc lubrica palmis
Vota fluunt. tanq̃ liquidas anguilla per vndas
Labitur aufugiens/ cum retia cassa fefellit.
Nec desunt promissa tamen: si nota reuisas
Limina: te retrahens intrantem ianitor arcet
Et magnum causatur opus: tibi clausa moranti
Hostia q̃ pateant millenus præterit annus.
Et demum obliquus transuerso lumine cæsar
Respicit admissum / tacitoq3 immurmurat ore
Auribus hunc pronis / vultuq3 exaudit aperto
Qui sua caudato vestigia syrmate verrit
Atq3 illum scalas primum comitatur ad imas.
Postmodo vadit inops simulata frõte vocatus
Vertice nudato: labrisq3 trementibus orat
Et flexo inculcat titubantia popli te verba.
Huic deus arridens magnis cũ montibus ãpla
Aequora promittit: sed inania verba feruntur
Nota sit vt tacito manans ex ore repulsa.
Munera si qua dedit: q̃ritur domus oĩs: & acri
Rumpitur inuidia: præsensq3 auertere numen
Nititur: & rabido tetrũ vomit ore venenum.

Prospera cui penitus flatu fortuna benigno
Aspirat. rara est niueis cornicula pennis.
Ac veluti cupidus fallacem piscis ad hamum
Huc properat glomerata cohors: similemq; referre
Cogitat euentum: donec consumpta iuuenta
Se videt irrisam: nec habet quo tristia vitæ
Tempora sustineat iustoq; affecta dolore
Incidit ante pilos extrema in funera canos.
Ipsa etiam stabulo mendica senecta relicto
Et nuda in palea moritur: nec sicca petitis
Ora rigantur aquis. hic hic manet exitus illum
Qui rectum sectetur iter: nec deuiet vnquam
Si cui tecta nitent fuluo radiata metallo
Atq; alto vicina polo: seu palpo dolosus.
Versurus seu leno fuit: seu proditor ater.
Sedulus aut magnam stillans delator in aurem.
Vel solas ostentat opes: quas præbuit vxor
Omniuolo stuprata duci: vel tempore paruo
Quas cumulat rodens imas vsura medullas
Cur igitur tam lætus ades: cur dulcia tecum Lo.
Carmina fundebas: nunquid mutata fritillo
Alea succedit: melioraq; puncta ministrat: Ia.
Iam triplex transiuit hyems: dum pendulus ipse

omniuolus

Spe fruor incerta: dũ vento pascor inani
Nũc votis lucere meis: nubesq; fugare
Incipit obscuras cælo sol clarus aperto.
Nãq; ipm paucis diuũ donauimus hædis
Gallica qui firmis moderatur legibus arua.
Hic me sordẽtẽ mensa dignatus opima est
Et ꝓpria seruire manu: cõditaq; centum
Fercla modis posuit: loculosq; repleuit inanes
Dixit & o pastor ne crastina ianule cura
Te premat afflictũ: primo cũ vere volucrẽ
Argutã accipies: magalia rustica linque:
Et pete neglectis augusta palatia siluis.
Nãq; tuũ aspiciet melior fortuna laborẽ.
Hæc & plura reor numen maiora daturũ
Nã rata verba facit tetrica sed põderat oẽs
Lãce viros soli: scãdendaq; sydera dicit
Passibus alternis: & tẽpora munere pensat.
Mollis inaccesse si sũma cacumine prehẽdas
Lo. Fac clauũ infigas validũ: ne versa reuoluat
Sublimẽ fortuna rotã: prehẽsamq; voluto
Crine deã teneas: sudata peculia debent
Cauta mente regi: fumãtia culmina cerno
Visam ego dimissas saxosa in rupe capellas.

¶ Argumentum.

Immiti raptus defletur morte menalcas
 Sparsaq; mentito fama sinistra sono.
  Coridon & Lycidas interlocutores.

Heus heus o lycida tacito qd solus ĩ ãtro Co.
Dulcia contẽnis festi consortia pagi:
Consona dum lætos exercet fistula cantus.
Improba ne rerum quæsit fortuna mearum Ly.
Mopse petas: veteꝝ seriem meminisse maloꝝ
Nostra recrudescit maiori plaga dolore.
An tua flagranti traiecit viscera tælo Co.
Ille deus: curis qui dulcia miscet amaris
Gaudia? qui certo semper domat oĩa cornu.
Heu nimis vrgenti grauioris põdere mollis Ly.
Opprimor: & dãnũ nullo reparabile casu
Cõqueror: & crebris trita est spelũca querelis.
Eia age ꝓme graues imo de pectore curas Co.
Dũ mea pascũtur lætos armenta per agros
Dũ saltat cõprehẽsa cohors: dũ libera mens est
O te fœlicẽ saturas cui pinguia reddãt Ly.
Prata boues: liceat festa cui semꝑ in vmbra
Mollia securos traxisse per otia soles
Nõ minus afflicto magnos sub corde dolores Co.

Ipse premo/rumpuntq; meum suspiria pectus
Sed tenui tristes solamur arundine casus
Versibus alternis tamē astra infesta queramur
Aduersosq; deos: & lamentabile fatum.
Nam grauis anxietas vario sermone leuatur.
Ly. Postq̄ igitur tantus nostros audire dolores
Ardor inest: socijq; iuuant cōmertia luctus
Co. Hæc preme muscosi natiua sedilia saxi.
Non ita fontanum sitientia prata liquorem
Affectant: nimio scissa est cum terra calore
Q̄ placet hæc sedes cōmunibus apta quærelis
Ly. Venerat huc magnus germanis pastor ab agris
Quos rapidus gelida rhenus circunfluit vnda
Siue pyrum īsereret: solidos seu verteret agros
Seu teneras vites/paruas seu poneret vlmos
Non fuit in toto maior solertia campo
Sūma quidē laus est: sed adhuc maiora supsūt
Heu lachrimis mēorāda meis: hic carmīe dulci
Attonitas traxit tygres: syluasq; comantes
Non ita pulsantam rupes parnasia phæbum:
Orphea non rodope sensit: non pana lyceus.
Hic mihi cælestes motus: causasq; latentes
Morigerasq; dedit: crassumq; ex corde veternū

Epulit agresti: sed non sine munere certo
Littore q̃ myrthus gaudet: q̃ vitibus vlmi
Mutua tam nostrum cõmertia fædus habebat
O qualem eximio laudem sub corpore iactas
Q̃ vellem tantus gracilis moderator auenæ Co.
Mulceret nostras optatis cantibus aures.
Ille senex vtinam vocalia solueret ora.
Non mea demissos ceruix inculta capillos Lyg.
Exangues nec barba genas prolixa teneret
Nec gemerem solo tam tristia fata sub antro
Quis notus infœlix: subita quæ grãdo ꝓcella Lo.
Importuna ruit: quæ sors tam dira secuta est:
Sopitis heu muta sonis nunc fistula torpet
Deflet & artificem crudeli funere raptum Ly.
Vnica quod rapuit patrio solatia ruri.
Non laurus phæbo: non illic bacca mineruæ
Non cereri messis gigni: non vitis hyaco.
Nudaq; ieiunis dumescunt arua colonis
Vnde manet tali signatus carmine cespes
Orbati extinctum pastores flete menalcam
Cantibus argutis victus cui cessit aedon.
Heu fuerat tantus maiori pastor arista
Dignior: inuicta relecat mors improba falce

Omne genus: veluti fænũ ꝑ prata resectum
Tõsa iacet: nudos aut messis cæsa per agros.
Si foret hic superas vllis reuocãdus ad auras
Fletibus: aspiceres oculis manãtia nostris
Flumina. sed quoniã nõ est reuocabilis illis
Ly. Desine plura queri: nostros simul accipe casus.
Dic prius exalto q̃ sol declinet olympo.
Co. Ipse ego viuebã gallis securus in agris
Tẽpus agens placidũ: cãpi nã sola colendi
Cura erat: austerũ cãtu solãte laborem:
Atq; meas seruare boues: & solibus isdem
Bis mulctrã exp̃ssis spumãtẽ implere papillis.
Nostra palatino donata coagula phæbo
Grata quidẽ fuerãt: vultuq; accepta sereno
Nec spretũ est tereti meditatũ carmẽ auena.
Nescio quis pastor tumido fuit aduena fastu
Obscura de gẽte satus: quẽ paupere cultu
Excepit cõiunx scorto generata salaci
Hic quia carmen inops stipula stridebat inani
Inuidus: & nostra macrescẽs laude: furẽsq;
Credula seduxit pastoꝝ corda maloꝝ
Vt mea sanguineo laniarẽt corpora ferro.
Heu nullo aspiceres tã spissa foramina cribro

Vulnera quot misero crudelia corde tulissem
Ni placida incẽsos sedalsem voce tumultus.
Proh scelus infandũ: diuersa in frustra secãdus Ly.
Gutture seu fixo per cõpita cũcta trahẽdus
Perfidus ille foret: res est dijs acta secundis
Q nõ ipsa tuo rubefacta est terra cruore.
Ecce alius rabido: sed adhuc incognitus ore
In caput hoc latrat: cõmẽtaqꝫ turpia fingit. Co.
Nã me nuda refert manibus post terga ligatis
Parisijs arsisse rogis: qꝑ sancta deoꝝ
Numina spreuissem: falsoqꝫ infamia teste
Auxiliata viret: mẽtitaqꝫ crimina vulgat.
Inde fuit populatus ager: raptũqꝫ sacellũ
Quo tenuis quondã senioꝝ vita parentũ
Sustẽtata fuit: grauidas heu vẽdere vaccas
Cogor. vt ausonios mittã mellibeon in agros
Aere grauẽ multo: ne ficta iniuria labe
Ignorata fluat: nec iniquo iudice dãner.
Et tẽplũ ammissum reparẽ: m æstosqꝫ parẽtes
Afflictãqꝫ domũ soler: dũ talia narro
Vox & lingua cadit nimio supressa dolore
Nõ mala durabũt tãti cõtagia morbi Ly.
Sed penitus cõuulsa ruent: ceu mõtibus altis

Nix aliquãdo ruit tepido resoluta calore.
Si modo solitos.oculis deus aspicit ęquis
Forsitan auctorem falsi rumoris iniquum
Ignea pæna manet:nullius conscia culpæ
Pectora solentur:speculo conspectius ipso
Verum mopse patet:cõmunia verba fatentur
Nulla latere diu vanæ mendatia linguæ
Scio bone scis lycida cum festi palilia fumant:
Ad sacra quot dederim bifores altaria cantus
Scis opus assurgens:veræ quod pandit opertũ
Religionis iter:cæptum si quando laborem
Exequar:inuitus rumpetur liuo. & atros
In sua conuertet dentes:& viscera morsus
Vt canis in sese dentes radiosus acutos
Acriter obuertit:postq̃ seuire negatum est
Corpus iu externum:vanasq; latrauit in auras
Sed reliquũ properãs sermonẽ intercipit hesp
Ec saturas ad plena boues præsepia cogit.
Ducere:quod superest cũ crastina fulserit hora
Accipies:iam iam cæco surgamus ab antro.

Argumentum.

Cantatur victor certanti carolus ore
Atq; noua gallus coniuge gaudet ager.

¶ Cædrus & Laurus inter se Pino iudice cõtẽdẽtes Carolũ octauũ Francoꝝ Regem: & Anna eius vxorẽ certatim extollunt.

I Aure qd absentẽ tũida me voce lacessis
En adsũ itrepidus nec bella idicta recuso Cæ.
Garrulitate tua: toruo quid lumine cædrũ
Respicis instãtẽ? fumo nõ tereor illo
Quã lagana emittũt paleis feruentia tostis
Nubila si fulgẽs in tẽpora vertitur aer
Nil mirũ est: viso cũ capra hæc marcida fæno Lau.
Vitãda irritet religatũ cornua taurũ.
Audes rasa pecus crepitu ballare trementi
Seu leuibus calamis libeat: seu voce sonora: Cæ.
Siue agili saltu: aut forti certare palestra
Aut iaculo celeri iã iã mora sægnis abesto.
O quãta infœlix approbria victus habebis Lau.
Oia si fuerint præsenti emissa duello
Hoc inclusa: sinu cerebroqꝫ reposta ꝓfundo.
Scilicet occulti cerebroso in vertice grilli Cæ.
Innumerusqꝫ sinu cimex manabit olenti
Spurcius aut aial: passu cui plurimus arcto
Seu pes digna dedit lõgus seu noia pedor
Nõ est abiecti nisi vox audita cuculli Lau.
q̃d breuis iste pulex? qd vilis homõcio possit?

Paruula quē solo formica vocaret hyatu:
Ipse cani similis scabioso semp apertis
Cæ. Dētibus oblatras: morsu laniasse rapaci
Nescius. & quēuis ꝓnus tremuisse minātē:
Et timidā cœpisse fugā: tritasq; latebras.
Efficiā toto fluxas de corpore guttas
Defessa excutias dextra: læuaq; madenti:
Lau. Tu me sudantē efficies: qui frigore nudus
Assiduo cōfectus eas: digitosq; coactos
Calfacias pleno solis cū flatibus ore
Me ne putas vilē: digitos ꝙ ruptus hyātes
Calceus ostēdat: scissa est ꝙ vestis vtroq;
Ex humero pēdēs: & crassa canabe suta:
Extēsa ne hoīes palma metiris ineptos
Gratior hic habitus: ꝗ me vicinia furē
Defraudata vocet: furto sunt nota patēti
Pallia quæ gestas piceatis oīa palmis
Tacta rapis: qd si suspēdia digna parētur:
Cæ. Hoc nisi cōticeas illisum hastile cerebrū
Sanguineoq; solo fundet caput vndiq; fractū.
Lau. Crebros pūcte nimis calces extēdis aselle
Nūc tua nudarē detracta viscera pelle
Quā ferres ꝓprio victus ceu marsia dorso.

Sed bonus ecce venit media inter iurgia pinus
Arectũ cur laure pedũ? cur cædere minator
Saxa parata tenes? nũ vos male sana furẽtes Pi.
Armatas cõferra manus dementia cogit?
Iãq; truces iras: iãq; aspera mittite bella
Et vicibus certate piis: me iudice certa
Pignora ponãtur: quæ pura: & cãdida virtus
Nõ odiũ letale gerat: nec pugna cruẽta.
Sis ingrata licet crocitãti gutture cornix Cæ.
Et dispar certamẽ eat: tñ ista subibo.
Prælia vel raucis nũq̃ dignãda cicadis?
Garrula limoso qd gurgite rana coaxas? Lau.
Pignora quid cessas tãtã excludẽtia litẽ
Ponere? certãtes solus ꝓbet exitus ambos.
Terribilẽ depono bouẽ: palearia lõga Cæ.
Ceruicẽ imẽsam: latus ingẽs. cornua panda
Hirsutas aures atq; vbera plena ferentẽ:
Calcatã pes signat humũ spaciosus: & ipsam
Cauda notã verrit gressus demissa ꝑ imos.
Insignẽ maculis taurũ cãdẽtibus addo Lau.
Indomitã nulli ceruicẽ subdit aratro:
Cornibus & rigidis: pedibusq; ferocibus arcet
Vincla iniecta ꝓcul: cũctiq; instare tremiscũt.

Et pleni horrēdis reboāt mugitibus agri
Sed cupidas cōpesce manus: ne mutua iā iā
Vulnera cōspiciat: litē q; infestet amarā
Arbiter electus: vox est cātare parata.
Pi. Incipe: cōem medio me in cespite ponā
Iurgia ne surgāt factis inopina sinistris.
Lau. Musæ fœlices musæ: quæ pectora semper
Nostra refouistis: cædro dictate canenti
A stipula semota leui monumēta precamur.
Nō tenui cāna: vestro sed digna fauore
Res nō parua venit: magno q; est ore sonāda
Diuinū augusti partū: & maiora referte
Incremēta dei: triplex cui gallia seruit
Regna q; auita simul: ferro deuicta potēti.
Rex fuit attonito solis qui nutibus orbi
Lætitiā incussit subitā: trepidū q; timorē
Legitimi subiens socialia vincula lecti
Ipse deū supplex humili sic voce rogauit.
O pater oipotēs cælū qui mobile: & astra
Ignea: qui liquidū pōtū: terrā q; rotūdā
Aera q; imēsum formas: tellure recenti
Primæuū qui fingis adā: costa q; virili
Heu heu vipereis decæptā fraudibus æuā.

Si te principio veneror:si fine carentẽ
Atq; vnũ trinũq; simul:da gignere natũ
Magnanimis similẽ ꝓauis:nec laude paterna
Degenerẽ:sed adhuc maiora: & plura gerentẽ
Vix ea finierat:grauida cũ filius aluo
Materna cõceptus erat:fætuq; soluto
Siluestres coiete deæ:pars lilia portat
Pallẽtes aliæ violas:rubeosq; hyacintos
Pars cingit roseis infantia tẽpora sertis.
Et tenera exultãs dulci cũ melle labella
Irrorauit apis:pariter lõgissima nentes
Stamina voluerũt cõcordi mẽte sorores
Postq̃ prima ætas rigidis instructa magistris
Exijt:& cãpo fuerat cõcessa potestas
Liberiore frui:ꝓcerũ hastile mouere
Atq; arctũ in gyrũ luctãtia flectere colla.
Fortis equi didicit:fuluos agitare leones
Spumãtesq; apros:prædaq; referre potitã
Perdidit vt lõga cõfectũ ætate parentẽ
Vnanimi gratus populo moderamina sũpsit
Immatura puer:iustaq; refrenat habena
Eminet & sensus iuuenili in corde senilis. Pos.
Hæc cecinit cædrus:mẽores narrate camenæ

Cõgrua quæ fuerit lauri respõsa sequentis
Nũc nũc phæbe potẽs modulãda ĩcaria vires
Fũde tuas:ne turpe:ac victũ dedecus astem
Hũc etiã cãtabo deũ:qui marte secũdo
Infestas acies sternit:gẽtesq; superbas
Subiuga dimittit faciles reddẽtia mores
Ecce minor celeri superata britania bello
Paret:& ĩsignis supest noua causa triũphi
Hũc si magnanimũ tractãtẽ prælia cæsar
Strenua vidisset:romano gallia nunq̃
Imperio subiecta foret:pax aurea nuper
Et secura quies:trãquillaq; tẽpora florẽt
Deposito squalore nitet:nuptaq; recẽti
Iubilat oĩs ager!vocẽq; ad sydera iactat:
Atq; aliũ ex alio natũ per læta precatur
Tẽpora ꝑpetuo ꝓductaq; fila metallo.
Dũ domus hęc stabit solio subnixa verẽdo:
Afficiet varia totũ formidine mũdũ
Extollẽs sublime caput:famãq; perhẽnã
Arbiter indignus tãti certaminis adsum.
Pi. Hoc maior cẽsura notet:nimis alta petũtur
Iudicio nõ apta meo.iã lite peracta
Et pacẽ æternã:lætasq; adiũgite dextras.

¶Argumentum.

Pinguis ager conitur presso sulcatus aratro
Vber: & aprico vinea culta iugo.

Amyntas & Corydon interlocutores.

Forte senex corydō: simul & crinitus amyntas
Sederunt viridi fluuialis margine ripæ. Poe.
Illi solus ager: sola est huic vinea curæ.
Quisq; suas extollit opes: sub iudice nullo
Haud discors certamē hñt: prior ĩq̄t amyntas
O nimiū fœlix possessum quisquis agellū Amy.
Desidis exercet pulso torpore veterni.
Nō mala pauꝑtas. nō ora famelica cogūt.
Improba cōcussa pelli ieiunia quercu.
Obsequitur bñ cultus ager: maioraq; reddit
Fænora q̄ capiat: messiq; capatia desunt
Horrea. tā larga est vndāti copia cœnu
Annua sic nostro respōdet gleba labori
Cū nimis ignauos intra sua tecta colonos
Aspera claudit hyēs: agrestia cudimus arma
Solertiq; manu soles superamus inertes
Vere nouo pinguē depresso vomere terrā
Curuus aro: forteseq; gemūt sub pondere tauri
Atq; iterū obliquo ꝓcissū est æquor aratro

Et crassas rigido glebas disrūpo ligone.
Hæc eadē autūno tellus versatur aperto
Egremioq habilis deprehēsū dextera semen.
Proicit:& pariter sulcis abscōdit aratis
Ardua quos cingūt altæ munimina fossæ
Et cereri sua sacra fero:ne grādis aceruus
Desit:& optati spes irrita decidat anni.
At cū luxuriās tenera seges aduenit herba
Pascimus:vt rarus grauidæ sit culmus aristæ.
Et melius rectū vacuas se extollat in auras.
Nec minus infœlix loliū:lapasq nocētes
Et crebro sterilē rastro insectamur auenā
Aestibus in medijs ne flaccida decidat herba:
Exustū induco sinuosū flumē in agrū
Et bibulis limū sulcis diduco palustrem
Si qua nocet frōdosa satis crescētibus vmbra
Curua falce premo:volucres expello rapaces
Ingenti sonitu:fictæ vel ymagine formæ.
Quid cū matura flauescit cāpus arista?
Si nostra herbosis obducta est arca cliuis
Vertimus:& molli solidata foramina creta
Aequamus tereti saxo:plātaq sequenti
Post seco triticeā:segetē:sparsosq maniplos

Ictibus immēsis ferio: perc ussa refertis
Grana fluūt spicis: paleæ cumulātur inanes
Et discussa leuē iacio frumēta per aurā:
Et mūdata loco: nullis granaria rimis
Rodentē admittūt murē cribroqꝫ frequenti
Excutio infestas spisso cū puluere blattas
Vrimus: & secta stipulas grauitate carētes:
Nec semꝑ frumēta sero: vel pingue legumē
Accipit: aut totū durescit cāpus in annū
Et sparso exhaustas reparat lætamine vires.
Graniferū nō dāno solū: cāposqꝫ feraces Co.
Qui fuerint cupido iussi seruire colono.
Nō tamē inferior: nec dispar vinea fructu
Vberiore manet: docet experientia sæcli
Lōga mei: multis exercitus vsus ab annis
Doctior est primæ molli lanugine barbæ.
Vinea sed pigro nil ꝓfectura colono
Exigit ingētē curā: durosqꝫ labores.
Seu deformis hyēs: seu torrida fugerit æstas
Ipse sero parili distātes ordine vites
Collibus apricis croceā qua cōficit vuā.
Exoriens phœbus. sed glebas ante supinas
Cōterit aspirās aquilo versiqꝫ bidentes

Iūgimus: & rasas cōtra mala flamina cānas
Illaq; infectus ne qua rubigine cortex
Crescētē abrodat vitē: dū brachia palmes
Prima tener fundit manibus decerpo repādis
Sed validū ferro tabulatū scinditur vnco.
Vt melius penetrās grauidā sol decoquat vuā
Atq; infesta vetāt teste pecuaria sæpes
Ne calor intēsus: nimiū ne frigus adurat
Sæpius est ducta viris circūdata terra
Et sulco defixa leui ꝓpago remittit.
Aemula maternis melioraq; germina ramis
Feruida cū summis vindemia collibus instat
Carpimus ex plenis maturas vitibus vuas:
Fortibus & calathos hūeris portamus onustos
Dūq; lacu positas celeri pede rūpimus vuas
Sordida tingūtur saliēti corpora musto
Desuper expressos torquētia saxa racemos
Ponimus: astrictis munitaq; dolia circlis
Implētur: raucūq; cient noua musta susurrum
Inde coronatū patri cratera lyæo
Libamus cūcti magno clamore vocātes.
Vt vitē sera spoliatā frōde putaui
Atq; fimo sparsi crebro sola fracta bidente

Sub tectũ sarmẽta fero: flãmæq; salubres
Lucẽtesq; micãt: madidus cũ defluit humor.
Hi duo pastores placida sic voce canebãt Poe.
Tityrus ascæa lusit quæ primus auena
Quisq; suã exhausto villã sermone petiuit.

Argumentum.

Gallus inaudita damã polit arte nitentẽ
Quẽ ferat ad dominã sorte fauente suã.

Gallus & Francus interlocutores.

o Q̃ vana teris poliẽdo tẽpora dãma
Deliciose puer: nã pectine semp̱ eburno Gal.
Mãsuetos verris clunes: & lactea colla
Suspẽsisq; fricas manibus: gremioq; repẽti
huius mẽbra foues placido madefacta sopore
Instruis vt miti porrecta cibaria dente
Carpat: & ad nutus celeri pede currat heriles
Admotasq; manus lãbat: ceruice nitenti
Aurea dat crepitus depẽdẽs bulla sonoros
Cælatãq; gerẽs molli sub ymagine nympham
Mũdicis innata viget: per vulnera mille
Oppeteret potius: maculis q̃ sordeat atris
Friuolus hic labor est: viridi dũ gramine gutta
Matutina nitet: fæcũda in pascua France

Duc auidas potius pecudes/coitesq; molossos
Fructiferis operãda modis studiosa iuuẽta est
Sædulitate mera:senio ne frãce tremẽti
Heu sis vicini vanus spectator aceruí.
Frau. Vtile cõsiliũ ꝓfers:nec sancta recuso
Maturi documẽta senis:sed galle ꝓbãdũ est
Ingenij iuuenilis opus:quod mẽte sagaci
Omnia præuideat baculo vẽtura senili:
Gal. Si viget in tenera velox prudẽtia mẽte
Cur verbis aduersa facis? dociliq; iuuenta
Cur tua vẽturos æt:s nõ respicit annos?
An dabit iste tuus tã larga obsonia dãma?
Ne gregis errãdi te cura remordeat vlla?
Frau. Si labor esset iners:sterili si littus aratũ
Vomere:si vigilis cõsũpta ĩpẽsa lucernæ
Esset ouis pascẽda mihi:maiora recessu
Vtiliore ferã prima q̃ cõmoda frõte.
Nec spes fracta cadet:ni mẽs præsaga bonoꝝ
Sit falsa decepta fide:votisq; sinistris
Gal. Haud motu credẽda leui est nisi causa liq̃scat
Nota prius:dubia depẽdet sorte futurũ
Votis sæpe suis:& tẽpore fallitur ipso
Credula mẽs hoĩm sed si fortuna secũdet

Optatis vētura tuis gaudere necesse est
Aedita nympha lacu cygnos pascēte canoros Fran.
Hic vbi fæmineū sortita est mātua nomē
Auerno stat iūcta duci: quo bella mouente
arma īfesta tremūt domitoq; ex hoste triūphat
Qualis thessalico cæsar memoratur in agro
Hostiles superasse manu: vel qualis achilles
Hectore ter rapto cæsum fuit vultus amicum
Nō ita nix pura est canis quæ mōtibus albet
Haud plāta calcata graui: q̄ pulcra nitētis
Mēbra deæ radiāt: clarūq; decētia factū
Noīa cōueniūt sacrato inposta lauacro.
Cornigeros alij ceruos: capreasq; fugaces
Auritosq; ferūt lepores: vrsosq; feroces.
Ast ego dona fero roseæ quæ cōgrua nymphæ
Māsuetæq; reor dāna nō tersius ipso
Mitius aut aīal: nec forma venustior extat.
Forsitā hæc eadē curas redebit inanes Gal.
Frāce tuas: moto nec cardine firma patebit
Ianua pulsanti: neglectaq; dona iacebūt
Scilicet hoc tali natū est ex arbore germen Fran.
Quæ lassū dulci veniētē amplectitur vmbra
Nec mūdi pars vlla iacet: qua mitior arbor

Fructificet: nostro iā nota est illa palato
Dū vesana fames bilē stimularet acutā.
Gal. Oīa ieiuno sapiūt vel pessima vētri
Sæpe bibi crassam cænosi fluminis vndā
Aestibus in medijs: sitiēti mole phalernū
Illa mihi visa est: grato vel suauia gustu
Massica: ciuili pressus vel clade lyæus.
Dulcior hæc nympha est illa quā dædala cera
Mellificauit apis: tali ꝓ nectare linquā
Cælestē ambrosiā: sacrū quæ spirat odorē
Interea coctū feruēti sinciput olla
Atqꝫ vnctos lardo caules comedamus opimo
Ecce vocat tardos mēsa nos galle parata
Docta saporiferas phillis condire popinas

¶ Argumentum.

Splēdida sunt magno laudāda palatia luxu
Parua sed exilis tecta colenda casæ.
Brunus ꝙ Harmon interlocutoress.
i Am mediū titā scādebat torridus orbē
Poe. Et lassos stimulabat equos: cū flebilis harmon
Intrauit gelidi sinuatū fornicis antrū.
Quē ꝓcul ex alto ꝓspectās vertice brunus
Speluncā celeri cursu deuenit eandem.

Atq; ait o superis descẽdẽs cãtibus harmon
Quẽ crebra fecere nouẽ vertigine cæli.
Argutã nũc tãge chelim: quã doctus apollo
Donat: & ipse suas mõstrat nõ inuidus artes.
Sed facilis resonetur amor: nã basia cẽtũ
Attica nũc tribuit redolenti mella labello
Pãthea me nitidis mediũ cõplexa lacertis
Tãge: nec optati differ modulamina plectri
Heu mea nũc solito mẽs est aliena canore Har.
Et noua causa subest: iustæq; inopina querelæ
En pecus infœlix vix mucida vellera portat
Aegraq; mẽbra trahit: macieq; affecta supma.
Inuenit & nullo pascẽdũ gramẽ in agro
Cõueniẽs curis moduladũ est carmẽ amaris
Certe rumor erat gallis vulgatus in agris Bru.
Q tãdẽ emeritus donati cultor agelli
Numine cæsareo fueras. viridiq; sub vmbra
Dulcia permolli resonabas carmina voce
Heu q̃ sunt ipso distãtia murmure facta Har.
Nõ leue sic foliũ: sũmæq; mouẽtur aristæ
Mobile q̃ verbũ est: quod subdola curia iactat
Curia sollicitis nõ absona noia curis
Iure gerẽs: blãdis arridẽs curia verbis

Credula corda fouet: vētosaq₃ facta ministrat
Cōueniēs curis modulādū est carmē amaris
O ego vixissem patrio cōtētus agello
Nec factus ꝓprio maior pede passus inesset
Et steriles musæ: desertaq₃ plectra fuissent:
Nā melior cura est simas pauisse capellas
Q̄ terre incertā per inania tēpora vitā.
Ri dēdisq₃ manu muscis mālisse referta.
Cōueniēs curis modulādū est carmē amaris
Q̄ mēs læua fuit: q̄ vanū pectus & excors
Curia cū subijt pedibus fugienda citatis
Vt fugit infernus sacratā spiritus vndā
A cane deluso documēta sequēda dabātur
Ne peterē certis vanā ꝑ carnibus vmbram
Quāuis maius erat visa sub imagine frustū
Sed plena extremis fossa est & sensibus aruū:
Cōueniēs curis modulādū est carmē amaris.
Heu nūq̄ rigidus. fidisq₃ monētibus asper
Exemplo sis brune meo: ne vulnere turpi
Ipse cadas ꝓprij ꝑcussus sæpe ligonis
Q̄ facile imprudēs puteū delapsus in imū
Vix est difficili: multoq₃ labore retractus
A sapiente manu laudato ingentia tecta

Exiguas habitato casas: nidoq́ relicto
Ne sis laudatā præceps volitator ad vrbem
Muscosos iterū fontes: siluasq́ comātes
Et lymphā optabis p̱ læuia saxa fluentē.
Vertitur in lōgos grata est quæ curia luctus
Inscia ceu volucris iactā cū viderit escam
Aduolat: & læto depascitur ore: dolosis
Mox laqueis deprehēsa gemit: sortēq́ priorē
Optat: & assiduis mœret sua fata querelis.
Cōueniēs curis modulādū est carmē amaris
O ꝓprie fœlix sorti quicūq́ quiescat
Nec nimias affectet opes: miseræq́ fugator
Ambitionis eat: popularis spretor & auræ
Ponat inornatas simplex cui villica mensas
Cū reuocat serus sub nigra crepuscula vesper.
Et dulcis cōiunx/ & circū pignora chara
Assideāt: passumq́ leuēt sermone laborē:
Cōueniēs curis modulādū est carmē amaris.
Crediderā nūmis seniores brune parentes
Sustētare meis: sed mercenaria cogor
Vincla pati: varias mūdiq́ errare per oras
Vt spes frustratas multo sudore reponā
Si modo cura potest vigiles operata labores

Ammissam reparare die͂: q̃ fabula turpis
Heu fiere͂ redie͂s latios pa͂nosus in agros
Na͂q; putat simplex: nulloq; expertus ab vsu
Alliget vt pinguis gallas lucanica vites.
Co͂ueniẽs curis modula͂du͂ est carmen amaris.
Bru. Cautior ipse meas p i͂hospita tesqua capellas
Semp aga͂: certos ca͂tuq; amplectat amores
Su͂t fugienda cito mo͂strata pericula cursu.

¶ Argumentum.

Infœlix corydon sorte͂ deplorat amara͂
Si nescis mæstu͂ no͂ nisi mæsta decent.

Quirinus & Corydon interlocutores.

Qui. e Sse q̃d hoc dica͂? q̃rulo q semper in ore
flebile carme͂ he͂s? nec rebus læta pphãis
Inseris o corydo͂. dulces modo ca͂tat amores
Tityrus ammissum pulsus mo͂ defletagellu͂
Diuersum delectat opus: fastidit eisde͂
Semp onusta cibis & eode͂ me͂sa sapore
Pulchrior est varias tellus quæ pturit herbas
Ipsaq; no͂ vno co͂fecta ex flore corona.
Sulca͂du͂ est æquor ceu co͂scia te͂pora suadent
Co. Si fera pstat hye͂s: no͂ est de littore tuto
Dissolue͂da ratis: zephyro sed da͂da secu͂do

Vt structũ euasit furibũdi militis ensem
Præcipiti saltu vicinã iactus in vndã
Tityrus vda gemit siccãtẽ vellera caprũ.
Post modo frõdosa lentũ meditatur in vmbra
Carmen:& erecta est bissenis ara diebus
Quæ iuueni ablatũ reddẽti fumãt agellũ.
Nos quoqꝫ securi iuuenilis lusimus ignes
Nec quisq̃ tã lætus erat per cõpita festa
Sublimẽ aeris feriebã saltibus auram
Primas vere rosas:cerealẽ æstate corollã
Cũqꝫ autũnali brumalia munera fructu
Noster habebat amor:furtiuaqꝫ gaudia sũpsi.
Tũc bñ tũc capto feruẽs in pectore sanguis
Mollities tũc apta fuit:nũc vita seuero
Tẽpore mutata est:& maior cura subiuit
Intẽpestiua decerptũ ex arbore sorbum
Tẽpora maturãt:& acerbos lõga racæmos
Nõ tñ exhaustus vigor est:nec lãguida segnis
Corpora torpor habet:q̃uis iã tẽpus vtrũqꝫ
Canescat:nõdũ digitis nũerata recurrũt
Septima lustra meis:sed dulcia gaudia pellit
Sollicitudo grauis:vultusqꝫ obnubilat albos
Nulla adeo spinosa riget:quæ tẽpore lõgo

Anxietas nõ mitis eat: sed nostra dolores
Auget inexhaustos nec durũ aduertert fatum
Tã tristis fortuna potest: præsentia semper
Trãsactis peiora manẽt: nec certa futuri
Signa boni video: tãta est caligo malo℞.
Nulla quidẽ est arbor: docta quæ falce notata
Nõ seruet nostros inciso cortice versus
Lassus & vmbrosa recubãs sub frõde viator.
Carmine plecto vires instaurat adẽptas.
Et bona discedẽs auctori fata precatur.
Sed sine fruge labor: sed barbarus arida verba
Heu male singultãs multo ditabitur ære.
Et niueis incedet equis ostroq; superbus
Cõtẽnet morsu quẽ rustica cingit adũco
Fibula: & attrito vincta est cui sura cothurno
Dulcis & ãphyõ: & magnus hẽbitur orpheus
Qui. Barbarus ingenuas vis muneret inscius artes?
Vis humilẽ indigno vestitũ murice asellũ?
Ausonios repetas fines: qua martia septem
Addita roma iugis reliquas supeminet vrbes
Alta velut lẽtũ pinus cybeleia vimen.
Illic præsentes diuos: & ꝓspera forsan
Sydera cognosces. vt tityrus ipse solebat

Nescis heu nescis q̃ sit mutata quirine Co.
Illoꝝ natura deũ: modulabile carmen
Degustãt fateor: sed nũmi solus habendi
Feruat amor: radio solari est gratius aurũ.
Huc mõ q̃d facias corydõ: mõ distrahor illuc Qui.
Ceu dubius quo vertat iter: si quãdo viator
Incidit in biuiũ: sed tãdẽ gallica tellus
Forsitã in sola tua dãna resartiet hora.

¶ Argumentum.

Siluestres generosus agros cõtẽnit iolas
Agresti.q; statu grãdius optat opus.

Iolas pastor secum loquitur.

n Vnq̃ sorte sua pastor cõtẽtus iolas Poe.
Agresti maiora statu voluebat: & illi
Rusticitas inuisa fuit: cõtraria fata
Res nimis arcta dabat: tãdẽ sub vallibus imis
Hos secũ accẽso rupit de pectore questus.
O sors infœlix o dura: & tristis egestas
An cedes mutata loco? nũq̃ ne ligones
Deponã rigidos? sic valle inglorius ista
Viuã ego? sic custos imobilis vsq; videbo
Auia pascẽtes inter dumeta capellas?
Ah potius pecus omne cadat: siluasq; recisas

Exustūq; nemus spectē: q̄ gnaua iuuenta
Tā vilē sortita locū contenta quiescat
Cū lux albescet gallo prædicta canenti
Maiores tētabo vias: panesq; recētes
Rubraq; poma ferā: nec pressas turgidus vuis
Cātarus absfuerit: nec magno caseus orbe.
Vt deerūt duplici portata viatica pera.
Siluestrēs comedā baccas: præduraq; corna
Puro fonte bibā: donec meliora dabūtur
Pascua: sed quidnā miseri penuria victus
Magnanimo fortiq; viro metuenda videtur
Nō dū tinctus erat prima lanugine vultus
Cū felsina meas] patauinaq; rura camænas
Ocnæiq; lacus: tyberinaq; senserat vnda
Nec satis hoc fuerat: gelidas trāscēdimus alpes
Lōgū iter igressi cāpus qua belgicus: & qua
Celticus apparet: necnō vesane garūna
Pestifero calidi qua flamine tolleris austri
Et pyrrhenei saxosa cacumina montis
Sunt pedibus calcata meis: nec defuit vnq̄
Fertilis audito partus modulamine victus
Et nisi liuenti discordia tincta veneno
Incæptas fregisset opes: nō viueret alter

Ditior in gallis nec fortunatior agris
Hoste tñ domito solor: quid victa iuuaret
Pectora tā grādis cōgesti sūma peculiꝰ
Strenua paupertas rebus prælata subactis
In precio maiore venit: nec laude minori
Infima sunt fateor generis natalia nostri
Sed nullū inueni generoso corde priorem
Nāq3 alius pastor vel sola mapalia curat
Aut asinū lana venali ducit onustum
Nō tacita exclamās emptricē voce p vrbem
Sarcula marra ligo rastrū traha vomer aratrū.
Aut ouis / assiduo seu bos versatur in ore.
Hæc animis aliena meis quis crederet vnq̄
Inclyta q tenui regnarēt stemmata panno?
Hinc freta lata petā: vel gurgite mergat ī alto
Vel capiā ingēti spaciosum pōdere piscē
Hic nisi pūgentes spinas: cœnūq3 palustre
Prehēdere nil possū: sed mobilis ipe putabor
Qꝛ pelle īdigner ꝓpria: male ꝓuidus essem?
Si plebē incertā sequerer mutabile vulgus
Fortunā extollit facilē: durāq3 reprehēdit
Hoc saltē laudabit iter cui mēte ꝓfunda
Excellēs natura subest stat pectoris alti

Quærere fortunā quacūq; in parte latentem
Virtus rara iuuat fateor: sed maximus ille
Ille deus nostras solitus laudare camænas
Numia dextra dabit: reliquosq; in vota ligabit
Nostra deos ipsis res est nō pua misellis
Si faueat sanctus cœlo vel solus in alto.

¶ Argumentum.

Regia magniloquū faciūt stipendia vatem
Qui poterat nullos pauper inire sonos.

Corydon & Iolas interlocutores.

Co. t Anta ne visendi tenuit mora regis iola
Vt tua cessarit taciturnis fistula cānis
Parisio defleta solo? nā garrulus ydas
Oia disperdēs raucū p cōpita carmen
Ingenti similata boui: ceu rana tumebat
Ignoto solitus latuisse foramine sorex
Nō viso media infenso lasciuit in aula
Tota sed absentē clamabāt rura poetā
Delitijs priuata suis: nisi tēpore sero
Ammissam infœlix caudā nō noscit asellus
Scilicet æstiuis quādo stimulatus ab œstris
Ille furit: nec habet denso quo possit ab hoste
Offensam texisse crucē: sed corpore toto

Non euitati patitur fera vulnera morsus:
Si strepat ingrata raucescẽs voce cicada
Nil mirũ est:vitiũ geniali sorte tributũ
In sequitur vis est nature inuicta potẽtis
Sed nequit insanus rudẽtis clamor asselli
Archanos penetrare polos:facit æmulus hostis
Obsita ne possit longa rubigine virtus
Aeterno marcere situ:miseranda loquaci
Inuidia fortuna caret:liuorq; probatur
Cõmiserãte vicẽ melior pietate sinistram
Sed cũ falsa semel triuialẽ suasio musam
Imbuit:hæc vano petulãs in corde senescit
Nõ vllis vellẽda modis:alienaq; dãnat
Carmina:cõcino quãq; modulata canore:
Verba rudes inter balbutit inepta cateruas
Scilicet incedẽs puerili inflatus honore
Coruus & argutũ crocitãs si tentet olorem
Aufugit explosus totisq; irrisus ab agris
Lucifuga obscuro latitat ceu noctua luco:
Nec quisq; infestat doctã nisi stultus auenã
Omnis & aucta viget crassis inscitia fibris
Si mulces gratis raras cõcẽtibus aures
Garrula cõtẽnas ventosæ murmura plæbis

Io.

Co. Ista theocritio grauior sentētia versu
Nescio q̄ nostras maius diffudit in aures
Q̄ tua præteritis ætas præluserit annis.
Io. Heu heu paperies victū pānosa minutū
Sollicito acquirēs aio nō ructat hyatu
Grāde sophoclæo carmē: vix publica vena
Vix stridēs sterili culmus succurrit in agro
Ipsa eteni nimio mēs intercepta dolore
Et vegeti clauso sensus fudisse meatu
Robora nulla pōt: viresq̃ hebetata potentes
Strāgulat illa suas: reserāt quas gaudia tādem
Auxilijs cōcepta nouis grādesq̃ ꝓfunda
Materias tellure cauāt: sublatus ab ipso
Tityrus augusto: mauortia cœperat arma
Horibil. resonare tuba: pressusq̃ maligna
Paupertate miser: nullaq̃ afflatus ab aura
Vix minimū rudibus culicē defleuit auenis:
Sic ego sic tādē secessum nactus amænū
Et pulsa optatā iā paupertate quietem
Nescio q̄d magnū tacitis excudo sub antris
Fabrilis nequeat tota quod malleus arte
Cudere: nā triplex quo nō præstātius vllū
Eminet: ingenio fabricādū est numē & arte.

Atq; ipsos fuluo cõflatos ære colossos
Marmoreo in tẽplo ponã:cũctisq; calendis
Ad sacrũ tauros mactabo altare nitẽtes.
Nobilis est cãpos animi vulgare p oẽs
Ocia quis dederit vitæ trãquilla beatæ
Ante alios fœlix pastores profer iola. Co.
Gaudia:nã præstãt maius narrata leuamen:
Stat deus o corydon rhemẽsi sũmus in orbe Io.
Regalẽ sacro fontẽ qui tingit oliuo
Sedibus a superis misso:cui iure regẽda
Gallica cæsareo cõmissa est numine tellus
Extat&alter adhuc:quouis celebrãdus honore
Regia cõmunẽ fecit quẽ cura patronũ
Imperio cõsulta suo:nõ posset vtrũq;
Dicere lingua deũ milleno gutture nixa
Deficit humanũ tãto sub põdere robur.
Scilicet est inopẽ miseratus vterq; senectã
Et nostrũ augustas nomẽ portauit ad aures
Iuppiter ille nouus fama cõpulsus eadẽ
Me voluit me Iio cãtãtẽ audire theatro.
Vt primũ intraui tyrio vestita colore
Corpora spectaui mẽbris cõpacta torosis.
Pẽdẽtesq; suo torques gestãtia collo

Et nitida fultus gẽma circũdabat orbis
Formoso digitos baccho vel apolline dignos
O quãtũ hæc dixi villo indumẽta caprino
Et distãt duro suris perone reuinctis
Dũ stupeo totus visu defixus in ipso
Iuppiter ecce venit magno stipatus honore
Ipse olim vultus inter nutritus agrestes
Admiror primo aspectu: mox poplite flexo
Ante ipm quæsita iouẽ modulamina fundo
Scilicet vt bello clarã expugnauit aperto
Parthenopẽ: patrios victorq; rediuit in agros
Quãuis hesperio vetitus foret orbe regressus
Nescio qua nostri captus dulcedine cãtus
Ille fuit: fului saccũ donauit & æris:
Vix istis gelatũ humeris: cũctosq; per annos
Pẽsio larga datur: qualẽ nõ lentus habebat
Tityrus: vmbrosis resonãs sua gaudia siluis
Quid referã celeri scriptas breuitate tabellas?
Signatasq; simul? nris quid ouãtia musis
Atria? vel medios virtus it grata per hostes
Post cæcas semp lux est sperãda tenebras.
Co. O quanta in tacito cõcœpi gaudia corde
Ex vultu manifesta meo: nõ fictus yola

Semper amor durat fortuna notus vtraqꝫ
Ne tumida sis mēte precor:sortēqꝫ secūdā
Aequa mente feras:totū est inuisa ꝑ orbem
Quæ ruit ex alto deiecta superbia cælo.
Immo ego nescio quē figulo genitore creatū
Hybleis imitabor agris:subuectus in altum Io.
Ille apicē:cænās patriæ nō īmemor artis
Aurea fictilibus miscebat pocula vasis.
Prouidus hic docuit sortē reuerēter habendā
Exili cuicūqꝫ viro:cui dona repente
Ditia ꝓuenient:bauio vel iudice dicar
Laudādū seruasse modū:sub missior ibo
Quo maior blādo fortuna arriserit ore
Nā si quis nimiū cælo cōfisus aperto
Gestiat:aduersa nō nubila tēpora ferre
Tēpestate potest tāta imprudētia regnat.
Dicere plura libet magno sed nata tonanti
Progenies alia iā iā modulāda cicuta
Materiā præbet lætis cōcentibus aptam
Est aliquid dextris descedēs omen ab astris
Irrita ni vanā fallāt præsagia mentem Co.
Accedet maior meritorū summa tuoꝝ
Et demū gradiēs donata in tēpla sacerdos

Mystica sacra feres: totus cōcurret ad vnū
Pagus adorantē: neq; enim te gratior alter.
Iā cōtēta manēt certo patrimonia fine
Munifico cōcessa deo: noua tedia gignit.
Heu nimiū linguæ vox īportuna ꝓcacis:
Muta licet fuerint serui bñfacta ꝓbati
Maxia q̄q; petūt: bñ agēti ꝓspera cuiq;
Omnia succedūt nullis sperata diebus.

Finis.

Publij Fausti Andrelini Foroleuiensis Laureati Ac Regij Poetæ. Ad Petrum Coardum Primarium Franciæ Præsidem.

ELEGIA.

Stant loca parisios inter celeberrima cāpos
Planicies molli qua iacet āpla iugo
Explicat hic frōdes platanus genialis opacas
Castaq; cyrreo laurus amata deo.
Hic lucent tenui vestita cydonia lana
Flauaq; ꝑpetuo buxus honore viret.
Nō flos oebalius: nec hyātia lilia desunt
Totaq; odorifero gramine terra nitet

Cōdita siluestri q̃ritur philomela rubeto
Et simul enectū flet sua mater ithym
Quattuor aduerso certāt nō agmine venti
Ex omniq; aer parte serenus hyat.
Talis erat prima cū mūdus origine nascēs
Dispulit antiquū luce recēte chaos
Hoc ego successu spatiās meditabar amæno
Materia inuētis quæ foret apta meis
Scilicet ipsa tenet primas inuētio partes
Sustinet & nūeros causa reperta suos
Inde rudis pulchro disponitur ordine massa
Quā polit exculta lima suprema manu
Vt bñ facta manēt solidi fundamina muri
Et fabricata suis postmodo tecta locis
Splēdet & insigni paries depictus apelle
Deficiat summa ne quod ab arte decus
Dū tacito raptis de pectore sensibus erro
Obuius est oculis factus apollo meis
Intōsus rosea crinis ceruice fluebat
Illeq; virginea frōde reuinctus erat
Ex humere pēdebat ebur vocale comanti
Quo cecinit fulmen iuppiter alme tuū

Fulmen terrigenæ sternēs noua corpora molis
Cū dira in superos bella tulere deos
Cōcussos subito rigidosq̨ timore capillos
Mira repentini fecit ymago dei
Ille serenato subridens ꝓtulit ore.
Mitte pauēs gelidos mitte poeta metus
Arua medusæo fæcūda liquore reliqui
Ille ego fatidica primus in arte deus
Nā te sollicita voluentē plurima mente
Sumq̨ ego cō dēdū vaticinatus opus
Imparibus nō vecta modis elegia reponat
Nō facit ad grādes debilis aura tubas
Nō nisi meonij fortissimus oris achilles
Casta phyletæi est penelopea soni
Parua caphareū si cymba intrauerit æquor
Illa ꝓcellosis flectibus icta ruet.
Remiget exigui piscosas fluminis vndas
Tutaq̨ cenosæ stagna salutis amet
Vincta sophoclæis heroica musa cothurnis
Externa imēsum trās freta mittat opus
Nubifero maior pindo: miretur olympus
Et phætōteis ignibus vstus athos
Nō dyrceus ager: nō thessala nesciat ora
Aruaq̨ ryphea semper operta niue

Audiat innumeris celeberrima fontibus ida
Et sacer orpheũ qui geris hebre caput
Audiat euphrates rubrũ delapsus in æquor
Et pelusiaco l ympha refusa sinu
Trãseat herculeæ per inhospita regna colũnæ
Quasq; bibit calidas discolor idus aquas.
Ecce petrus merito nõ inficiãdus honore
Ingenio priscos vincit & arte viros.
Hoc igitur neruos resonãdo intẽde potẽtes
Materia ingenti cõueniẽte sono.
Ardua nec metuas tãtæ fastigia molis
Nõ aberit spirãs numinis aura mei
Ibis & aonie per florea phocid s arua
Et tua castalliũ flumẽ in ora pluet
Quale bibit pastor pecoris seruator inertis
Pastor frug feros emodulatus agros:
Finierat phæbus nitidis fulgẽtior astris
Cũ loquor ammoto talia verba metu
Charior est certe nostris ea charta medullis
Qua sua descriptus noĩa petrus habet
Petrus in aduersis statio bñ fida ꝓcellis
Solaq; naufragijs anchora tuta meis

Eximij sed pulchra viri monumēta recēse
Ne vana fictus voce poeta ferar
Nā figmēta decēt falsum mētita poetā
Semp certa tuo regnat in ore fides
Oia præripiā calamo dictata volāti
Iussus ab archetypa surget hyatus ope
Respōdēs cytharā phæbus pcussit eburnā
Cordaqꝫ vocalē reddidit icta sonū
Cruderis altisoni dictos cū carminis orsus
Tacta erit inceptæ me duce mœta viæ
Parturit vt cābre mortē repetita sinistrā
Sic eadē sim ili verba relata modo
Tūc placidos superas vultus auertit in aures
Et locus ambrosij plenus odoris erat
In media talē silua dimisit odorem
Cypria: cū nato est obuia facta suo
Ipse igitur fuerim morbo cū liber acuto
Accipies laudis grāde poema tuæ.
Interea raptū medio lege carmē ab æstu
Vt solitos teneāt flaccida vela sinus.

Finis elegiæ.

¶ Faustus ad Petrũ Coardũ Primariũ Franciæ Præsidem: de mula sua cadente.

Dũ tua petre sequor celeri vestigia passu
  Ecce mea inflexo poplite multa cadit.
Vix sũmo erexi tractis conamine loris
  Nõ fuit hoc nimiæ debilitatis opus.
Nã bñ pasta nitet: doctoq; exculta ministro
  Viribus & validis fulta iuuenta viget
vellẽ ego sed meritas supplex dũ soluerẽ grates
  Præuenit curuo mula supina genu
Ipsa suũ sequitur soboles generosa parentẽ
  Semper equus charũ fidus amauit herũ
Expertus iã cæsar erat: macedoq; tyrãnus
  Quanta sit in dños gratia equina suos
Quis neget esse meo petrũ sub corde repostũ
  Cũ tua sint mulæ numinar culta meæ.

Publij Fausti Andrelini Foroliuiẽsis Clarissimi poetæ laureati: Ad robertũ gaguinũ diui Maturini Parisiẽsis Ministrũ maiorẽ. Epistola.

MVltos fore arbitror Reuerende præsul: qui cum huius æglogæ vel solum titulũ legerint: q̃ primũ me & mordacẽ & inuidum esse garrient. In ciuilium enim ac leuium hominũ natura est nõdũ perspectã materiam in deteriorem potius q̃ meliorem partem accipere: Cæterum si excurso spatio ad supremam vsq; metã peruenerint: hi ꝓfecto certiores erũt: me ab omni tũ dicacitate tum liuore prorsus alienum esse. Illi mea quidẽ sententia damnãdi sunt: q genuino dente vnuñquẽq; lacerare studeant. quãdoquidem ex theonyna mordacitate nullam certe gloriam assequi possint: Quisquis pręclarum atq; immortale nomen affectat: eã sẽper agenda putet: ob quæ non modo instãtibus sed etiam futuris sæculis approbetur. Quocirca Dionysiũ tyrannuz admonuit diuinus ille Plato vt in sequentis tẽporis curã semper habẽdã ducaret. Quantis & publicis & priuatis contumelijs tam diu a maledico illo balbo indigne oneratus fuerim. Et quidẽ nullus lippus nullus tonsor: nullus deniq; credo est: qui satis superq; compertum non habeat. Tamẽ nulla vnq̃ molestia affectus sum: inconstantis enim ac stolidi hominis oblocutiones nichil omnino faciendæ sunt Quã leuis: q̃ ineptus: q̃ delirus: q̃ insanus balbus sit: vel ex duabus tantum rebus facile percipi potest. Cũ primum in hoc tã florẽtissimũ tãq; amplissimũ gymnasiũ concessit: nõnulla epigrammata partim ab actiuo cleophilo composita: partim ex titi strocij elegijs excerpta nomine suo edidit: quo inter gallos huiusce rei ignaros subitam quandam laudem acquireret. Si qua vero in ustria sua q̃ admodũ pauca sunt elucubrauit: ea oia vel dissona sententia vel falsis syllabis vel mẽdosa grãmatica pueriliter claudicare nemo est certe q nesciat: Cornix ista furtiuis tandem coloribus denudata non modicos qdem risus exhibet Si christiano & veridico verbo quãdo sole ipso clarius nõ eleucescat: q semel temerario ausu alienos sibi labores ascripserit: Tãetsi egregiũ deinceps opus excudit: id nunq̃ ex officina sua emisisse censetur. Quinimo veros artifices plerũq; suspectos reddit: ꝓsertim apud eos qui cum obtusi ignaui & barbari sint quãuis alium ex ingenio suo

iudicare solent. Deinde ex balba nobili quidē ac illustri familia balbum sibiipsi cognomētū vsurpauit. Cū ex domo accelina & obscuris abiectisq; parētibus ortum esse cōstet. Inertis hercle & isipiētis animi est parētū q̄tūuis ignobiliū pudere. Interim publicū profitēdæ poeticæ ac oratorię artis mun⁹ suscepi & iuueniles amores meos a romana cēsura approbatos atq; publica laurea hōestatos emisi. Qui tātā inuidiā tātū odiū tātā bilē iprobo illi cōcitarūt vt postq̄ vna nō successerat alia statim via ad denigrādam famā meam aggressus sit. hic enim me & a christiana fide deuiantem & hac in vrbe toto spectante populo exustū fuisse simulauit: atq; adulterinis lr̄is falsum mentitūq; crimen per vniuersā fere italiā publicauit. Quæ serpentina lingua? quod inauditū mendacium? quæ punica perfidia huic tā aperto mendatio cōferri potest? Nichil tam flagitiosum est: qd̄ alienæ laudis detractori probū eē nō videat. Ad solādos parentes meos fididissimū seruū nō sine maxia impensa mittere sum coactus illi eni tā horrendo nuncio consternati ad perscrutandam veritatē citatū hucusq; tabellarium p̄miserāt. Incredibili siquidē tum admiratione tū dolore nō iniuria opprimebātur/ me scilicet eā in heresim impresentiarū delapsum fuisse: quā semper eiecissē: eiectā fugassem: fugatam exterminassem. Sed nullū demū scelus est: quod iustus de⁹ vl̄ repentino vel lento supplicio nō prosequatur. Ecce neqssimus ipse balb⁹ in heretica nescio q̄ secta & execrando illo vicio dep̄hensus est: ob quod palestinæ ciuitates in sulphureos attritosq; cineres conuersæ sunt. Ni velocissimā fugā in britaniā maiorē p̄cipitasset: publico incendio meritas tādem pœnas persoluisset. Tam fœdā: tā infamem fugā buccolico carmine prælucendam censui: vt non tam balbicum scelus: q̄ faustinū candorem falsa quidē infamia notarū & p̄sentibus & posteris patefaciā. Is omnino vel excors vel immanis est qui aliqua ex parte famam suam negligere videatur: nasutos istos rinocerotas facile contempserim. Reuerende præsul si hanc meam lucubratiunculam abs te approbatam esse sensero. quem quidem tanti facio quāti platonem amphimacus. Cui vnus ille instar atheniēsium omnium fuit: facere consueuerat. Vale.

Publij Fausti Andrelini foroliuiẽsis Clarissimi Poetæ Laureati Ad lr̃atissimũ Robertũ Guaguinũ Diui Maturini Parisiensis. Ministrũ, bñ merentem. De fuga Balbi ex vrbe Parisia.

¶ Argumentum.

Quid fugis o gallas prædico balbe fauillas:
Gallica quod nequeat flãma britãna dabit

Lycidas & Mopsus interlocutores.

Ly. Ix fugat exoriẽs gelidas aurora tenebras
Tu tñ irrigua meditans spatiaris in herba
Mopse pruinoso nec lubrica terra liquore
Sparsa nec impediunt canẽti gramina rore
Nunc tua q̃ fuerint veri præsaga futuri
Mo. Verba reuoluebam lycida: q̃ præscius augur
Phæbeo quodcunq̧ canas veratius ore.
En detecta patet nostrarum iniuria rerum
Fatidico prædicta tibi mendacia tandem
Cæca relucescunt: iusti manifesta dedere
Signa dei: cunctos soliti punire nocentes
Imaq̧ scrutantes taciti penetralia cordis
Ly. Quis purum indigna candorem labe notauit
Mopse tuũ: volitans q̃ murmure fama sinistro
Heu te parisijs combustum dixit in agris:
Et sanctam spreuisse fidem: christũq̧ potẽtem:
Balbica forte tuam leuitas peruenit ad aurem
Mo. Lanigeras dum pascis oues: hedosq̧ petulcos

Nulla etenim silua est: nullū nemus: auia nulla
Nulla leuē quae nō exclamāt marmora balbū.
Postq̄ furtiui caelatos carminis vsus
Prodidit haec cornix alieno picta colore
Et falsa assumpsit balbe cognomina gentis
Quem vendēs minimo vilissima scruta triente
Accelina domus stabulo generauit olenti
Turpior hic viuens & crimine foedior omni
Parisios infecit agros ceu pessima messes
Herbare surgentes: ipso mirabile dictu
Heu scelus admisit: noctem cū lusa per altam
Alea cessarat. varium spoliabat ouile
Et tacito praedam furto comedebat adeptam
Altus in expleto gurges dabat omnia ventri
Luxuriosa suo plebeae vilia mensae
Pocula spernebat: spumanti prodigia bacco
Cynnama cōmiscēs: summaq; voragine potās
Ebria nec certo ponens vestigia gressu
Sola resumebat pingui saginata popina
Immemor ah nimium: priscique oblite veterni
Balbe tui: quondā pedibus cum rura petisti
Gallica nudatis: laceroq; obductus amictu
Euganeam fugiens troiani anthenoris vrbem
Extructis ne iusta rogis incendia ferres
Vt fuerat satiata fames: & plena tumebant

Corpora: proh ſupi: molles fodiebat ephębos
Vulnere postico: tenti ſimul inguina drauci
Podice laxato fellantiq; ore ſubibat
Prodigioſa iacens veneris poſt furta nephādæ
Iam nitidæ/ mediam lucis ſtertebat ad horam
Cruda vomens multo cōmixtaq; fruſtra liceo
Maius & ille nephas multoq; vrgentius addit
Scilicet in ſacro nullum libamine chriſtum
Et caſu voluente refert nulloq; moueri
Aeternos rectore polos: ipſaſq; ſuprema
Caſuras poſt fata animas: quin ore prophano
Heu nimis ignaro cæpit ſuadere popello
Ducendam quouis genialem tempore vitam
Hic ſanctas veneres: deuotaq; ſabbata ridens
Polluit & ſumpta ieiunia myſtica carne
Et nullum intrabat faſſurus cr mina templum
Innumeris admiſſa modis veriq; iacebat
Relligio neglecta dei: cultuſq; ſuperni
Sic leuitas innata ruit: ſic pectore cæco
Mens inſana furit: ſtultiq; inſcitia cordis
In damnum laqueata ſuum: caſuſq; futuros
Interea accenſo miſſus cenſore ſatelles
Hoc mōſtrū ꝓhenſurus erat: populoq; vidēte
Igniti plenis olei cocturus ahenis.

Sed volat admonitus celeri properantior euro
Fertilis occeanus qua rura britanica dicat
O fœdam turpemq; fugam: nam nocte silenti
Obscurum infœlix seruili inductus amictu
Præcipitauit iter: nummos cum veste latentes
Interiore iacit: stricto quasi noxia ferro
Viscera trāsfodiēs. quid agat mens cōscia facti
Non videt vlla mali: tanta est caligo malorum
Mendicum adiuuit decocta pecunia balbum
Insontis tamen ante mei mentita professus
Crimina curuato veniam tulit ore petitam
Vt semper diuina pij vestigia christi
Sanctaq; facta sequar: debet quæcūq; remitti
Vltori vindicta deo: quod galla nequiuit
Flāma britanna dabit maiori fœnore dicunt
Offensi dilata dei tormenta venire
Cur non ista solo sentina voratur hyante: Ly.
Cur pluuius non ignis adest: qui tāta cremaret
Infanti portenta mali: ceu gomora quondam
Et sodoma exarsit cælestibus obruta flammis Mo.
O q̃ peruersa est balbi natura prop hani
Quæ melius reticenda fuit: q̃ pauca referre
Sordentis delicta viri: breuitate probantur
Crimina: quæ volitāt cūctos dispersa p agros

Nauscet ista licet scabies tamen vlcus apertū
Et sanies monstrata iuuat quocnnq; disertos
Et mala conficiunt cautos aliena notantes.
Si videat certo coniunctas fœdere mentes)
Concordesq; animos: discordia seminat arma
Vnanimi annexos astro fractura gemellos
Candidus en pastor qui gallica personat arua
Carmine concino primis dilexit ab annis
Diuinum ambrosio sortitum nectare nomen
Et parilis trescebat amor: cum perfidus iste
Fraudibus ocultis vinctos dissoluit amantes
Heu q̄ lingua nocet diro suffusa veneno
Et stygijs imbuta malis: nō ossea lingua est
Omnia cum tritis sed dissipat ossa medullis
Ast adamantæo religata est gratia nodo
Et solida duplicata fide cum proditus auctor
Et commitentis nota est fallatia linguæ
Hic gnauos quoscunq; odit rabidoq; ꝓbatos
Dente viros lacerat: morsuq; cruentat acerbo
Testis adest corydon teneros qui corrigit ānos
Arte palæmonia: testis meliboeus & idas
Pectine vocali supefacta arbusta trahentes
Quos modo presentes fictis laudauit amicos
Vultibus: & dulci palpo cum melle perunxit

Ipse venenati cauda serpentis acuta
Pungit:& absentes aloe denigrat amaro
Illius olycida factis caritura relatis
Verba fluunt veluti rimosa lympha lagena
Deperitura fluit:semper torquetur opima
Vicinit tellure sui:redituqꝫ beato
Semper honesta fugit:pathycis stipata cynedis
Huic tantum caupona placet:taliqꝫ diurni
Nocturumqꝫ simul:sceleriſqꝫ inuentor iniqui
Ni fallor radix tantorum incepta malorum
Ventura non morte cadet:ceu quercus adulta
Diffundet vacuas ramalia longa per auras
Ista sito potius valida seu cæsa bipenni
Seu rapidis exusta rogis:q̃ fronde nocente
Letiferum germen radix infecta remittat
Nunq̃ speratis commissa piacula pænis
Perditus iste luet:genitus qui crimen ad ipsũ
Ardet in omue scelus laudẽ qꝫ ex crimine q̃rit
Improba non vnq̃ capitis delicta nephandi
Impunita vigent.sequitur sua pœna nocentes
Seu velox seu tarda viros:sed numine dextro
Sedula proueniunt sinceræ præmia vitæ
Ieiunas pascamus oues christoqꝫ merenti
Soluamus tenui modulatas carmine grates.

Guaguinus Fausto poetæ laureato Salutem.

¶ Q; sit meum de tua in Hieronymũ balbuȝ æglogã iudiciuȝ clarissime vates exploras. Poteras alios multo me ad hãc rẽ peritissimos ad se iscere qui & orationẽ latinã callẽt: & balbi apud parisios cõuersationẽ experti sunt. Sȝ ne tibi absconditũ faciã quod sentio. Si legẽ sequimur christianaȝ ꝓximo maledicere prohibemur: nec lacessitis licet cõuicio referre cõuicium. Patientia enim sola est in qua vera animi possessio reponitur. In patientia inqt Christus vestra possidebitis aias vestras Verũ quia sanctissimis interdũ viris bilẽ incãduisse certũ est: nõ negauerim virtutis esse: detegere latẽtẽ facinorosi cuiuspiã hois perfidiã: vt aduersus eũ q nos mẽdacio inqnauit: nr̃aȝ tueamur puritateȝ: & alios moneamus huiusmodi improboꝵ cõsone abstinere maxie si nullo vindictæ ardore flagramus Quo te vicio facile fauste absoluerim quẽ mãsuetũ semper esse modestũq; cognoui. Et qdẽ ita iudico dũ aduersus balbũ tueris inocẽtiã multoꝵ simul te integritatẽ defendere itaq; postq̃ ille parisios adiuit blãditijs primũ & simulata mãsuetudine in plurimoꝵ amiciciã surrepẽs: poematis opinione se notũ extulit. Sed vt adulterini mores nõ diu se cõtinẽt: ita ille simulatissim⁹ amiciciæ cultor veros mox patefaciẽs mores erupit Enimuero nemĩnẽ nõ labefactauit oprobriis etiã eoꝵ qui sibi bñficentissimi extiterãt. Tãtaq; inuidia estuauit vt alioꝵ rephensione famã auspicatus oim se eruditorẽ putari laboriosissime insudauit. Nã q poesim antea musasq; tantũ initio ꝓfessus fuisset: oẽm ferme paruo post tẽpore disciplinã se interpretaturũ iactauit. Quippe qui & Iustiniani digesti & nõnulloꝵ ex iure põtificio enuclationẽ audacissime magis q̃ prudẽter assumpserit. Nec a sphere explanatione fidẽs sibi interpres tẽperauit. Adeo in imprudẽtissimus erat ignotaꝵ sibi artiuȝ vsupator. Addidit quoq; huic odiosæ ambitioni iquinatissimũ si famæ credit scelus cuius ne dignã incideret poenã festinatissima anglos fuga petiuisse vulgatũ est Quę oia cũ teneas memoriter & narres elegãter nichil amplificationis ad tua scripta subiiciã. Quæ nõ modo hæc de balbo: sȝ quæcunq; te elucubrasse hactenus legi: talia sunt q̃ doctissimus quisq; nõ iniuria probet. Vale. Ex ædibus nostris parisiacis. xvi. septembris. M. cccc. lxxxxvi.

Faustus de beata Virgine christum
Crucifixũ in gremio suo deflente.

Heu heu q̃ sũmo genitrix astricta dolore
Ecce fouet mœsto pignora cæsa sinu
Nõ sic phæbæo cõfossos vulnere natos
Aspersit miseris fletibus orba parens
Nec sic heliades (si vera est fama) sorores
Defleverunt fratris fata cruenta sui
Vt pia deplorat laceratis virgo capillis
Plãgit & insana pectora nuda manu
Qualis & ogygio mænas stimul ata furore
Attonita imensis questibus astra replet.
Interdũ exhausta est defesso lingua palato
Et torpet rauco mutus in ore sonus
Siccaq; cõsũptis mõ lumina deserit humor
Ammissisq; cadẽs sensibus ille riget.
Phydiaca cælata manu ceu marmora friget.
Ammissisq; cadens sensibus illa riget
Vsq; adeo caros dolor ĩplacabilis artus
Imaq; sollicitus cõgelat ossa pauor
Vt redeũt solitæ releuata in corpora vires.
Lamẽtũ infœlix maius adorsa nouat
Vix etiã gladio præcordia sentit acuto
Et nullo tãtũ pectore vulnus hyat.

Infantē cupidis christū cū stringeret vlnis
Hæc sunt fatidico vaticinata sene
At nō crudelis tā vastus vulneris ictus
Nec sunt vēturi credita dāna mali
Quis christū hūana trutinādū lāce putasset?
Sed reus indigno iudice factus obit
Corpora nō cernis multo percussa flagello?
Quæq; sacrū penetrāt spinea serta caput?
Nō sublime vides quo fixa est victima lignū?
Quinaq; iudea vulnera facta manu
Impia quin etiā ꝑpessum funera christū?
Cō cussa insuetis motibus arua docēt
Cæcus & ammissa phæbæus lāpade vultus
Pallidaq; obscuris cynthia vecta rotis
Atq; chaos metuēs iterū natura vetustū
Mōstraq; sunt tātū testificata nefas
Iure igitur sparsa est materno ex ore q̄rela
Iure rigat tristes plurima gutta sinus
Nos quoq; funera succincti veste gemamus
Atq; humili tutā mēte rogemus opem
Scilicet vt nostro letalē ex corpore pestē
Et quodcūq; fuget virgo benigna malū
Nā nisi nos solita miseri pietate fruamur
Nullus ab instāti peste superstes erit.

Finis.

Ioannes Antonius Venetus Libelli Impressor Lectori. S.

¶ Habes studiose lector Fausti poetæ Regij Buccolica: quæ adeo exculto venustoq; carmine copośita sunt: vt neq; Virgilij neq; Calphurnij æglogis mea quidē sentētia cedāt. Sum breui & alia eius opera latinis castigatisq; characteribus impressurus: ne tā diuini poetæ monumētis careas. & Ioannē Antoniū Venetū pulcherrima hæc poemata Impressoria arte sua diuulgātē etiā atq; etiam ames. Vale.
Ex gymnasio Parisiensi quito Nonas martias.

¶ Impressum Parisius p Antoniū bōnemere. Anno dñi. M.ccccc.x. Die. xxiij. Nouēbris. Pro Iohāne petit Cōmorāte In vico sancti Iacobi ad intersigniū Leonis Argentei.

[illegible]

